

36

DISSERTATIO GRADUALIS
DE
VERA LECTIO, RECTAQUE
INTERPRETATIONE
ORACULI SALOMONEI
PROV. XII. 28.

QUAM,
VENIA AMPL. FAC. PHILOS. ABOENS.

PRÆSIDE
MAG. LAURENTIO O. LEFRÉN,
L. L. O. O. & Gr. Prof. Reg. & Ord.

Publico Examini Subjicit
JOHANNES POPPIUS,

Viburgensis,

IN AUDITORIO MAJORI DIE 17 MAJI MDCCCLXXXII

H. A. M. C.



ABOÆ

Impressa apud Viduam Reg. Acad. Typ. J. C. Frenckell,



§. I.

Quod nobis hac occasione elaborandum suscepimus argumentum, id defumere placuit ex emblemate Salomonis, quod Proverb. XII. 28 his legitur verbis: בָּרוּךְ חַיִם וּזְרֻחָה אֲלֹת כָּאֵרֶת, quæ varii varie interpretantur, prout cuique vel de lectione, vel de notione unius alteriusque eorum traditum fuerit persvasumque. Quod ad lectionem adtinet, in primis quæri solet, utrum particula לְנָ, quæ locum occupat penultimum, rectius *al*, per patach, an vero *el*, per saegol legi debeat? Priorem legendi rationem sequuntur Biblia Hebraica typis expressa universa, præter unam illam editionem, quæ Venetiis A. C. 1518 in 4:o procurata est, quæ tamen non in textu, sed tantum in margine hanc lectionem habet. Eandem quoque lectionem agnoscunt tot Codices Manuscripti, quot ad nostram pervenerunt notitiam, præter unum, qui in Bibliotheca Regia Regiomontana adservatur. Alterum enim Tomum operis Kennikottiani nobis nondum videre licuit. Mirum igitur non est, quod hanc lectionem in plerisque recentiorum tum translationibus

bus, tum explanationibus expressam & defensam vide-
mus. Alteram vero lectionem secuti sunt omnes Interpre-
tes Veteres, Græcus, Chaldæus, Syrus, Arabs & Latinus,
qui Vulgatus dici solet. Quid Patres de eo senserint, non li-
quet. Cunctus vero senatus Criticorum ei adversum
tenet, præter unum aut alterum, cui religio non fuit
auctoritati Magistrorum Tiberiensium contradicere.
In hoc numero esse comperimus L. CAPPELLUM,
qui, in *Critica Sacra*, hanc lectionem altera meliorem
esse adfirmavit, ideo severius, quam par est, a BUX-
TORGIO, in *Anticritica*, castigatus. Deinde quæstio
institui solet de voce נִתְיכָה, & quidem dupliciter. A-
lli enim dubitant, utrum ultima vocis littera נ pro-
fusso, an vero pro terminatione generis foeminini
habenda, alii utrum haec vox arctam semitam, an ve-
ro viam regiam significet. Prius docet EDMUNDUS
CASTELLUS, in *Lexico Heptaglotto*, posterius AL-
BERT. SCHULTENS variis in scriptis passim. Nec
desunt, qui inter voces נִתְיכָה & רַךְ omissam arbitran-
tur vocem עַשְׁרָה. Hanc certe conjecturam eruditis
propinatam voluit JO. JAC. REISKE, in *Conject. in
Job. & Prov. Salom.* p. 184.

§: II.

Qum longum foret singulas has sententias seorsim
proponere & examinare, viam elegimus compendiari-
am, qua eo nos per venturos speramus, ut una ope-
ra, quid veri, aut falsi in singulis insit, omnibus sen-

tiendum exhibere queamus. Ita enim nostram sententiam proponere & adstruere conabimur, ut quotquot ei adversum tenuerint opiniones, cujuscunquè demum ordinis & tenoris fuerint, per se concidant & evanescant. Nostro igitur judicio, verbis supra allatis duo continentur emblemata, quorum utrumque ex pictura & lemmate constat. Prius *viam pingit publicam, eamque latam, stratam, rectam* & *planam*, neque *sursum*, neque *deorsum*, neque *dextrorsum*, neque *sinistrorsum* curvatam aut inflexam, sed linea exacte recta, horizontique parallela decurrentem, cum lemmate: IN HAC VITA. Hoc sibi velle reor tres primas voces בָּרוּךְ צְדָקָה חַיָּה. Alterum emblema, quod reliquis quatuor vocabulis absolvitur, picturam plane contrariam repræsentat, semitæ, scilicet, arcta, iniquæ, clivosæ, nunc in ima vallum descendentis, nunc in summa montium adscendentis, lutosis lacunis & asperis scopulis per intervalla oppletæ, cum inscriptione: HAC AD MORTEM ITUR. Sensum hujus oraculi paulo verbosius circumlocutus sumus, ut lectores vim verborum eo rectius perciperent. Interea inficias non imus, quin is totidem etiam verbis satis & distincte, & nervose repræsentari possit hoc modo: *in via lata & plana, VITA; sed via arcta & clivosa AD MORTEM.* Si ellipsis, quæ in utroque sententiae membro adest, supplere volueris, in priori est, in posteriori itur, adjicere poteris, quamvis ellipticam expressionem nobis & elegantiorum & significantiorem videri fateamur. Quoniam vero non dixis-

dixisse, sed probasse sufficit, nostrum jam erit, quam fieri potest brevissime & clarissime evictum dare, nihil hic a nobis positum esse, quod non ex æquo cum natura tum rerum, tum vocum amice conveniat. Hoc eo facilius effici posse putamus, quod non nisi tres voceſ ſub examen revocare neceſſe habeamus, earumque tum origo, tum uſus nobis impeneſe favat.

§. III.

Inter tres illas voceſ, quarum notiones nobis hic indagare & vindicare juvat, agmen ducit, quæ prima ſe offert נָבָן. Si Lexica evolvere velis, ad hanc vocem promiſſue adpoſita invenies nomina *via*, *semita*, *itineris*, *progressus*, *processus*, *profectionis*. Nec temere negamus, quin omnes has notiones ſuis locis tueri poſſit. De iſpa vero nativa & propria voceſ notione vel altum ibi silentium regnat, vel pro illo purus putus ſubſtituitur error. Hoc nomine vapulant CONR. KIRCHERUS, in *Concordantiis Graecis*, & MARCUS MARINUS BRIXIANUS, in *Arca Noe*, qui non *latam*, ſed *longam* tantum et *protensam* interpretantur *semitam*, qua *pedites migrare* ſolent. Unde hoc hauerint, non percipio, niſi forte exinde, quod primum ſumferint, hac voce proprie deſignari *semitam*, et deinde ad נָבָן traxerint, quod ad *semitam* pertinet. Nobis certe dubium non eſt, quin נָבָן & *latam* & *longam* ſignificet *viam*. Quod non bie-

vem valeat *semitam*, qua a vico ad vicum, a tugurio
 ad tugurium itur, sed *longiorem aliquem tramitem*, qui
 totum percurrat regnum, id exinde colligo, quod no-
 men cognatum אֲרָחָה, *Arycha*, VIATICUM signifi-
 cat, quod adsumere non solent, qui iter aliquot ho-
 rarum ingrediuntur, sed qui itinera suscipiunt longin-
 qua, plurium demum dierum spatio absolvenda. Quod
 vero nostrum vocabulum non *arctam* et *angustam*, sed
latam et *amplam* denotet *viam*, qua non tantum *pedi-
 tes*, sed etiam *equites* proficiisci possunt, id ex usu lin-
 guæ colligere licet. Verbum אֶרְחַה significat *iter fa-
 cere*, *proficiisci turmatim*. Unde nomen אֲרָחָה, *oracha*
 integrum quandam *catervam commeantum*, quam *carav-
 anam* appellare moris est, significare, constat. Nam
 cum viæ in Oriente latronibus sæpe infestæ esse fo-
 leant, majoris securitatis caussa catervatim institui fo-
 lent itinera. Hinc DEBORA cessasse queritur אֲרָדוֹת,
 cum tempore SAMGARIS longe lateque graffaren-
 tur cohortes hostiles, omnia direptionibus vastantes.
 Jud. v. 6, qui locus infra excutietur diligentius, cum
 ad vocem נִתְיֵבָה perventum fuerit. Plura hic addere
 non vacat. Nec id magnopere necessarium ducimus,
 cum vel ex his haud obscure pateat, nomine אֶרְחַה
 potius venire *viam regiam*, *publicam*, *militarem &*
consularem, quam *arctam & angustam pedibus euntium*
semitam. Illo igitur misso, ad proximum pergimus
 vocabulum, ejus quoque veriorem notionem paucis
 eruere ac adstruere conaturi.

§. IV.

Vox est ρίχ, quam hic excutere studebimus. Quod priusquam faciamus, verbo observasse juvabit, omnes Interpretes circa significationem hujus vocis hoc loco saltum facere solere. Neglecta enim *primaria* ejus significatione, quæ nostro quidem judicio hic pimum intenditur, statim provolant ad *Secundariam*, quæ potius ad apodosin, quam protasis propositionis pertinet. Paulo dicam clarius: Oraculum Salomeum, in quo enucleando versamur, emblematicum est. In emblematis vero proponuntur res *sensu perceptibiles*, quæ *externa pictura* repræsentari possunt, in quibus tamen aliquid latet, quod demum in apodoſi, ſeu explicatione & applicatione exponendum est. Cumque ſubjectum ἀρχ, *via*, pingi debeat, neceſſe eſt, ut etiam prædicatum צדקה, quæ viæ qualitatem continent, pictura exprimi poſſit. Hinc primum ponni debet *significatio* vocis *physica*, quæ in *recto* & *plane* ſita eſt. Quum igitur hanc vocem justitiæ notione informant Interpretes, tum ſtatim ad explicationem progrediuntur, præterita significatione *primaria*, quæ *qualitatem sensualem* inſinuat. Huc igitur redit quæſtio, ut, quid voce נקְרַח hoc loco *proprie* & *immediate significetur*, prius erutum eamus, quam ad *significationem rei moralem* transitum faciamus. Ex ovo igitur incipiendum. Radix ρίχ, physice & proprieſumta, apud Arabes prædicari ſolet de rebus rectis, duris, rigidis & flecti nesciis, utpote de hasta bellatoris, quæ

* * * *

quæ cum ictus est infligendus non flectitur & curvatur, sed recta & rigida manet, adeoque in viscera adversarii sine mora penetrat. Disputari solet inter Criticos Arabum, utrum prius hic haberi debeat? rectumne? an rigidum? sed Celeberrimus ALB. SCHULTENS recte observavit, perinde esse, nec errari, si quis utramque notionem conjunxerit & *recto-rigidum* valere statuerit. Nam cum funem tendis, necesse est, ut, quo rigidior fiat, eo etiam rectior evadat, & contra. Plura hic adducere nolumus, cum otium nobis fecerit vir magnus nuper laudatus in aureo libro *De Defectibus Hodiernis Linguae Hebrææ &c.* p. 410 sqq. ubi hanc rem non minus fuse, quam docte executus est. Huc igitur Lectores brevitatis caussa remittimus. Ex iis vero, quæ dicta nunc sunt, sine errore colligi posse putamus, voce נָרָא aliquid viæ attributum innui, quod *recta linea* exprimi possit, h. e. viæ *rectitudinem*. Cumque a recta linea toties discedat via, quoties vel ad latera, vel sursum, vel deorsum inclinatur, patere arbitror, hac eadem voce & plani & recti notionem simul involvi.

§. V.

Quum vero voces אַרְחָה צְדָקָה, conjunctim sumtæ, ad litteram non viam *rectam*, sed viam *rectitudinis* valent, ab instituto alienum non fuerit hic paucis monere, apud Hebræos tritam esse regulam, qua Genitus Substantivi loco Adjectivi ponitur, quem morem etiam

* * *

etiam ceteræ Orientalium populorum linguæ sequuntur. Ne quid gratis dixisse videamur, hoc adsertum idoneis exemplis demonstrasse non pœnitabit. Ne igitur hæc longius quæramus, ea ex hoc ipso Salomonis libro Proverbiorum depromemus, ut eo fortius strigat argumentum, quod ex iis confecimus. Hujusmodi exempla sunt: **אֲרֹחֶת יִשְׂרָאֵל**, viæ rectitudinis, pro rectæ Cap. II. 13. **מַעֲגָלִי יִשְׂרָאֵל**, orbitæ rectitudinis, pro rectæ, Cap. IV. 11. **דְּרוּבֵי נָעַם**, viæ amœnitatis, pro amœnæ, Cap. III. 17. **אָמְרוּ נָעַם**, verba amœnitatis, pro amœna, Cap. XVI. 24. **אָמְרוּ אַמָּתָה**, verba veritatis, pro vera, Cap. XXII. 21. **אָמְרוּ בִינָה**, verba eruditionis, pro eradita, Cap. I. 2. **שָׁקָר לְשׂוֹן** lingva mendacii, pro mendax, Cap. VI. 17. **עַד שָׁקָר עַ**, testis falsitatis, pro falsus v. 19. **אַשְׁתָּה רָע**, mulier malitiæ, pro mala, v. 24. **אַשְׁתָּה חַזְקָה**, juventutis tuæ, pro uxor tua juvenca, v. 18. **אִילָת אַהֲבָה**, cerva amorum, pro amabilissima, Cap. V. 19. **וַיָּלַת חַזְקָה**, capra gratiæ, pro gratiofissima. Ex lingva Arabica exempla sunt: **חַלִּיה פְּסָל** ornamen-tum præstantiæ, pro præstans, Carm. Togr. **חַמְרָא לְכָרְיוֹן** vinum somnolentiae, pro somniferum, ibid. **אַהֲלָא לְקָבָור**, populus sepulcrorum, pro sepultus, Psalm. LXXVII. 12. **אַפְוֹ אַלְחַשְׁזָן** pater pulcritudines, pro pulcer. **בִּצְחָה פְּצָחָה** vum argenti, pro argenteum, Locmani Fab. XII. Sensus igitur emblematis, quod hæ tres voces efficiunt, hic sine dubio redit: *Quemadmodum vitæ securi sunt, qui in via plana ambulant, ubi nulla neque offendicula, neque præcipitia periculum afferunt, ita nunquam quisquam*

*nec securius, nec felicius vitam transigit, quam cum re-
ctam, fallique nesciam legis normam sequitur, pie, juste,
caste ac sobrie vivens, omnibus inordinatis affectibus,
qui pura puta sunt vitae præcipitia, nuncio in perpetu-
um misso.*

§. VI.

Atque ita ad ipsam rei arcem, quæ in altero
commatis membro sita est, inoffenso pede progredi
licet, hæc nimirum quatvor verba: וְרַךְ נִתְיָחָה אֶל
מוֹתָה, quæ hunc fundunt sensum: *Via vero clivosa ad
mortem itur.* Hoc pacto inter prius & posterius he-
mistichium ea per omnia retinetur oppositio, quam
vox *vita* in illo, & *mors* in hoc necessario postulant.
Cardo totius quæstionis, quæ hic institui debet, in ve-
ra vertitur notione vocis בְּתִיכָה. Hanc omnium re-
tissime in eo, quod *clivosum* est, quæri existimamus.
Atque hoc illud est, quod nunc extra controversiam
ponere satagemus. Si hanc notionem 1:o *Rei naturæ*
2:o *Usui linguae* 3:o *internæ* & 4:o *externæ* vocis formæ
exacte convenire ostenderimus, jure postulare vide-
mur a Lectoribus, ut suum nobis calculum adjiciant.
Initium faciemus a *forma vocis interna*, quo nomine
eam intelligimus vim significandi, quam vocabulum
quodlibet derivatum ab ipso trahit etymo, seu a propria
& nativa significatione radicis, ut Hebræorum Gram-
matici loquuntur. Prima igitur quæstio est, quid ra-
dix בְּתִיכָה propriæ significet? Quum hæc vox in exi-
guis

guis Linguae Hebrææ reliquiis, quas SACRA PAGINA nobis conservavit, non inveniatur, necesse est, ut eam in dialectis quæramus cognatis. Nec hæc nos spes fallit. Invenitur enim in duabus, nimirum Chaldaica & Arabica. In illa significationem *fandi* habet. Cumque hæc rem sensibus obviam denotet, magna exinde significatio fit, hanc notionem esse principem, ex qua reliquæ, tanquam ex fonte manarunt. Nenini ignotum esse debet, verba Orientaliū simplicia, compositorum quoque significationes certis legibus complecti. Hinc ex privo verbo *fandi* deinceps manarunt significationes *adfandi*, *confandi*, *offandi*, *inflandi*, *perflandi* &c. Hoc eo confidens adfirmamus, quod harum pleræquæ totidem litteris in Lexico BUXTORFI Chaldaico, Talmudico & Rabbinico occurrunt. Si ad linguam progrediamur Arabicam, eandem inveniemus radicem, sed novis ditatam significationibus. In hac enim *magnum esse, tumere & eminere* valet. Quomodo hæc ex notione *fandi* originem ducere potuerint, non longa eget disquisitione. Quæ enim vi ventorum conflantur, ea mox *magnum aliquem acervum* constituant, quod Septentrionales docet exemplum nivium & Orientales exemplum arenarum. Atque ita ad notionem *clivosi* sine ullis pervenimus ambagimus. Idem prorsus obtenebimus, si notioni *inflandi* insistere velimus, quandoquidem quæ inflantur, ea mox tumere, majoraque fieri soleant. Quod autem quæ aliis majora sunt, ea super iis emineant, id nulla eget probatione. Sic igitur

omnes hæ notiones arctissime cohærent. Jam vero, quid aliud sunt colles atque montes, in quibus semi-tæ reperiuntur clivosæ, quam terræ quidam tumores? Sic certe eos *Frontino* adpellatos vidimus, apud FA-BRUM in Thesauro. Atque hæc de forma voculæ nostræ interna observasse sufficiat. Nunc ad exter-nam progrediendum.

§. VII.

Forma vocum *externa* nihil est aliud, quam cer-tus quidam positus litterarum, punctorumque vocali-um, ex quo iis certus significandi modus inprimitur. Hujus modi formas cunctæ agnoscunt linguae. Scien-dum vero, formam nominum nudorum, quæ sub pri-ma radicis littera habent kamets & sub secunda Chi-rek longum, quando radix actionem importat transi-tivam, *objectum actionis transitivæ præteritæ* indicare, adeoque coincidere cum forma latina *mixtum*, *scri-ptum*. Sic ab אסר, *vincivit*, fit סר *vinctus*; a יְדֵךְ *dilexit*, יְדֵיךְ *dilectus*, a מָשַׁח *unxit*, מִשְׁחָה *undius*, a נְבָא *inspiravit*, נְבָיא *inspiratus*, propheta, a גֶּרֶשׁ *acer-vavit*, גֶּרֶשׁ *acervus*, *cumulus*, a פֶּלֶל *sculpit*, פֶּלֶל *sculptum*, *sculptile*, a רֹקֶעֶת *expandit*, רֹקֶעֶת *expansum*, vul-go firmamentum, a שְׂתִיל *plantavit*, שְׂתִיל *plantatum*, *panta*. Quis itaque non videt, masculinum & fe-mininum *conflavit*, *tumuit*, analogice *conflatum*, *tumidum* indicare. Quando itaque hæc no-mina materialiter de via usurpantur, facile intelligitur viam

viam formaliter indicari *clivosam*. Quominus enim arte & opere hominum aggeratam, ob eamque causam latam, stratam, publicam, Regiam, ut vult vir doctissimus supra laudatus, falsa etymologiæ adplicatione deceptus, denotet viam, obstat *usus lingua*, quod hic verlo monere volui, infra §. IX pluribus demonstrandum.

§. VIII.

Ab omnibus conceditur, Salomoni hoc loco sermonem esse de duobus viarum generibus, quorum alteri alterum ita oppositum est, ut mors vitæ. Quid itaque *rei naturæ* conventius, quam cum alterum in solo *æquo* & *plano* invenieris, ut alterum in *arduo* & *iniquo* quæras? Deinde ubi de natura viarum quæstio est, vix cogitari potest, quæ plus periculi adferat viatori, quam quæ per loca ducit *saxosa* & *clixosa*, ubi offendiculis plena sunt omnia. In viis, quæ per planum decurrunt solum, etiam in tenebris sine periculo proficiisci datur, in semitis vero clivosis omnia plane contraria sunt. Sed duo in primis sunt, quæ semitas clivosas viis planis periculosiores faciunt, horrenda *præcipitia* & truculenta *latrocinia*. Ad Hæc Salomonem, tanquam præcipua viatorum terricula menta, digitum intendisse arbitror. Nam cum in hujusmodi itineribus, alti montes & profundæ valles se invicem exipere soleant, facile fieri potest, ut latro de arbuto profiliens te a tergo invadat, ubi iter quam

maxime est acclive, & prius te jugulet, quam cernere queas invadentem. Aliud mortis periculum adferunt valles subito intumecentes, quod tamen, ut recte aestimare queas, non nostrarum terrarum, sed terræ Judææ situm tibi ob oculos ponas, necesse est.

§. IX.

Hoc ipsum caussæ caput spectat, in eoque consistit, ut quam voci נִיחָה vindicare cœpimus significationem semitæ clivosæ, eam usui Linguae Hebrææ convenire, demonstremus. Nisi enim hoc facere valuerimus, ingenue fatemur, inania esse omnia, quæ hactenus produximus argumenta, quippe quæ, (ut supra verbo monitum est), simul eum hoc sumi debent, si vim demonstrandi exserere valebunt. Hunc in finem duo tantummodo loca Scripturæ adferemus, sed tanti omnino ponderis & valoris, ut, nisi omnia nos fallant, rem extra controversiam ponant. Prius horum invenimus in eximio DEBORÆ Epinicio, quod Jud. V. descriptum est, ubi versl. 6. hæc notatu digna habentur verba: *...כִּי יַעֲלֹה אֶרְחֹות וְלֹכֶד נִתְבָּחֵת* *וְלֹכֶד אֶרְחֹות עַקְלָלוֹת tempore Jaëlis, feriabantur viæ PUBLICÆ, semitis CLIVOSIS ibatur, viis tortuosis ambalabatur.* Hanc interpretationem nobis Germanice præivit Perillustris JOH. D. MICH AELIS, qui *אֶרְחֹות Landstrassen, נִתְבָּחֵת Fußsteige auf den Bergen*, interpretatus est, remque totam, in gratiam indoctorum, non minus

nus docta, quam idonea observatione historica illustravit.
 (a) Eandem viam ante eum ingressus fuit D. LUTHERUS, qui cum veterum secutus errorem in tex-
 tu posuisset: Auf dem gebahnten Pfade ist kein Tod;
 h. e. in via trita nulla est mors, in margine tamen, se
 ipse corrigens, scripsit: Landstrasse sicher, Holzweg
 ist fährlig (b) Hanc in emendationem veteris erroris
 incidere non potuisset vir divino pollens ingenio, nisi
 in lectione, quam Biblia impressa sequuntur, aliquid
 subærati inesse, pro admiranda, qua gaudebat conje-
 candi sagacitate, suboluisset. Alterum scripturæ ora-
 culum, quod in robur nostræ sententiæ adducere licet,
 Jeremiæ XVIII, 15 his verbis invenitur:
 כי־ שְׁחַנִּי עַמִּי לְשֹׂא וְקָטוֹרָה וַיַּכְשֵׁלָם כְּרוּכֵיכֶם שְׁכִילָה עֲוֹלָה
Nam populus meus, obli-
tus mei, Deo divinitatis vacuo suffit, pertæsusque suarum
viarum multis retro seculis tritarum semitis abit clivosis,
VIA NON STRATA. Hic iterum duæ me-
 morantur viæ, quarum altera alteri opponitur. Po-
 sterior, quæ hic in numero multitudinis au-
 dit, non tantum opponitur priori, quæ longissimo tem-
 poris intervallo calcata dicitur, sed disertis etiam ver-
 bis רַרְךָ לֹא סְלִילָה, via NON STRATA adpellatur, NON
 AGGESTA. Quam igitur viam scriptor Hebræus
 & directe & diserte *non stratam, non aggestam* dicit,
 eam

(a) Versio Nova Germ. cum animadversioni-
 bus in hunc locum.

(b) Apud M. Gejerum in Comment in Prov. h. t.

eam tu, ὑπόθεσις διλέων, strata & aggestam dices! Hæc duo loca instar stellarum primæ magnitudinis fulgent, tantumque lucis adfundunt quæstioni, quam tractamus, ut plus non desideret.

§. X.

Ex his igitur recte pensitatis & probe ponderatis pro-
no quasi alveo fluit, conjecturæ Reiskianæ, quæ, ut supra
audivimus, eo valebat, ut Textus Hebreus voce יְהֹוָה
augeretur, nullum plane locum esse. Quidquid enim vir
sagacissimus hic desideravit, id cumulate exhibet vox
נַחֲרִיבָה modo diligenter excussa. Quod vero jam ad punctatio-
nem particulæ נַחֲרִיבָה adtinet, facile adparebit, quam absur-
da sit sententia eorum, qui al legendam esse sentiunt,
quamdiu scilicet reliquorum vocabulorum tum vera le-
ctio, tum recta interpretatio retinetur. Sic enim lecta
hac particula, hic totius commatis sensus esset: In via
publica, quæ æquum & planum præbet iter, est vita, &
in semitis clivocis, quæ per montes & valles ducunt, non
est mors. Non ne hoc tantumdem esset, ac si dixisset Rex
Sapientissimus: omnia viarum genera sunt tuta, nullum
eorum periculosum, nullum exitiosum. Hoc sive physice,
sive moraliter sumiseris, oppido falsum est, & Salomoni
nunquam in mentem venire potuit. Nec verior aut senior
evadet sensus, si נַחֲרִיבָה in statu suffixo sumendum dixeris,
ut sensus sit: In via regia, æqua & plana est vita, & in
semitis ejus iniquis & clivosis non mors. Præterquam enim
quod implicet viæ æquæ iniquas tribuere semitas, etiam
genio Linguæ repugnat. In tali enim constructione Hebreis
non נַחֲרִיבָה, sed נַחֲרִיבָה aut נַחֲרִיבָה adhibere usitatissimum est.
Atque ita non ut volui, sed ut potui, ad finem perduxí
propositum mihi argumentum. Quæ hac occasione
vel penitus omissa, vel parcus attacta sunt, ea alio tempore,
si Deo placuerit, edendis Analectis, suppleri poterunt.